



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 105. Joannis Pistorii Nidani obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII.
A. C. 1607.

§. CV.

Joannis Pistorii Nidani obitus.

Ad censum Scriptorum Ecclesiastico-*Miræ Script.*
 rum, qui hoc anno obierunt, jure *Sæc. XVII.*
 merito revocandus venit Joannes Pisto-*Acta colloq.*
 riis vulgo Nidanus a Nida Hassiae op-*Badens.*
 pido, ubi anno Christi millesimo quin-*Freher.*
 gentesimo quadragesimo sexto natus e-*Theatr.*
 rat, nominatus. Hic a Parente suo,
 qui olim Melitensis Eques Augustanæ
 Confessioni nomen dederat, in Lutheri
 secta, educatus emenso studiorum curri-
 culo Medicinæ operam dedit, postea
 jurisprudentiæ animum adjiciens, eju-
 rata Lutheri doctrina ad Calvini castra
 transiit, ipsique etiam Ernesto Fride-
 rico Bado- Durlacensi Marchioni, cui
 a secretis consiliis erat, ad eandem er-
 roris mutationem auctor exstitit; tan-
 dem vero ætate & doctrina perfectior,
 cum Sacras literas animo ab utriusque
 sectæ studio prorsus alieno diligentius
 pervolveret, fidem Catholicam ample-
 xus est, quam etiam Jacobus Badensis
 Marchio, unacum Joanne Zehendero
 Lutherano Aulæ suæ Concionatore pro-
 fessus est, postquam Pistorius Ernesti *Jacob. relat.*
Cath. con-
Badensis Præconem sæpius circa arti- *vers. Germ.*
culum de ubiquitate devicerat, ac Smid-
linum & Herbrandum Tbingenses Præ-

S 3

cones

Sæc. XVII. cones ad disputationem de Ecclesia in
A. C. 1607. vitaverat, quam tamen ipsi suæ cause
diffisi declinarunt: Anno sequenti in
millesimo quingentesimo nonagesimo de
decima tertia Junii Pistorius & Zeho-
derus adversus Joannem Pappum A-
gentinensem Ministrum ejusque socio
præsente Jacobo Badensi de Ecclesi-
Christi disputationem denuo instituerant
cum summo Protestantium dedecore
qui post varias verborum ambages &
effugia nil aliud ad tegendam suam igno-
miniam promptum habebant, nisi in
Marchionem de partium studio insim-
larent. Parta multiplici victoria Pi-
rius Theologiæ laurea decoratus Con-
stantiam inde Friburgum concessit, ubi
Rudolpho Imperatori a Sacris Con-
fessionibus & Consiliis fuit, ac Wrat-
laviensis Ecclesiæ Præpositus renun-
tus est, tandem vero Friburgi meritis
plenus pie in Domino obiit. Præter
plurimas lucubrationes dogmaticas con-
tra Lutheranos & quosdam artis Cab-
listicæ Scriptores, præcipue edidit Ger-
mano idiomate relationem conversionis
Jacobi Badensis Marchionis, necnon
trecentas Theses de Justificatione præ-
ter Ementingense colloquium. Insuper
typis vulgabat tres majoris formæ to-
mos de Scriptoribus rerum Germania-
carum:

carum: exstat quoque illius opus de re- Sæc. XVII.
rum Polonicarum Scriptoribus. A. C. 1607.

§. CVI.

Michaelis Alfonsi Caranzae Carmelitæ mors.

Huic pari fato successit Michael Al- Bibl. Script.
fonfus Caranza natione Hispanus, Carmel.
patria Valentinus, qui ibidem Ordinem And. Schott.
Carmelitarum professus ac primarius in Bibl. Hisp.
Hoscensi Academia Professor renuntia- possev. ap-
tus tam in patria sua quam Cæsar-Au- par. tom. 2.
gustæ inter fidei Qualificatores, utvo- Mira.
cant, recensebatur. Ter quoque Ar- Script.
ragonensem Provinciam moderatus,
neconon Generalis Hispaniæ Vicarius,
atque Apostolicus Regiusque Lusitaniæ
Visitator nominabatur. Tandem vero
octogenario major Valentiae decessit.
Hic omnium primus in lucem edidit li-
brum Sancti Ildephonsi Toletani Archi-
episcopi de illibata Beatæ Mariæ Vir-
ginitate, cui adjecit soluta Sanctorum
pronuntiata ad quemdam Neophytum, po-
steris quoque reliquit librum unum præ-
lectionum Theologicarum, & alterum
decretorum, præter pium quemdam li-
bellum, cui titulus, iter ad cælum, nec-
non doctrinam de Religiosis Novitiis, Pro-
fessis & Monialibus.

S 4

§. CVII.